

120
b. 1425/1
dancm.
ceprio
w. m. 3

scilicet & nata, scilicet matre
of dem e. der. & sacerdo
t. & sacerdot. & b. & h. & h. &
at. & s. & s. & s. & s. & s. &
Tenuis & buch. & lindan. &
Tenuis vndem. & s. & h. &
Tenuis vndem. & b. & vnges. &
Tenuis vndem. & h. & c. &
Tenuis an. de bos. vnde. & h. &
Tenuis cor. me. & h. & s. &
Tenuis vndem. & s. & h. &

TONUS XXXXIV.
MISCELLANORUM.

~~G.M.B.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VIITEBERG.
VI-45. —

SIGNAT. CCCXIII.

6 böse:

ON DOCTRINÆ
DE MINISTERIO
VERBI ET SACRAMEN-
TORVM ANACEPHALAEOSIS:
DE QVA IN CHLEBERRIMA ACADEMIA
VVitebergensi VIII. Octobr. 1595
instituetur:

Præside
VRBANO PIERIO D.
Et respondente
BERNHARDO FVLLENIO
VWestphalo.



45
VVITEBERGAE,
EX OFFICINA CRATONIANA
ANNO M. D. XC.

46

DE MINISTERIO VERBI ET SA-

C R A M E N T O R V . M .

I.



Nicum est Iesu Christi redemptoris nostri, & ejus beneficiorum apprehendendi instrumentū, nempe fides. Eph. 3.17, Ioh. 3.36, Act. 26.18.

II.

Hæc vero non est omnium 2. Thess. 3.2. sed effectum & donum Dei est, Ioh. 6. 29. Eph. 2. 8. d. Sp: Sancto intra animos nostros creatum & excitatum. 1. Cor. 12. 9. 11. 2. Cor. 4. 13. III.

Et quidem ordinariè per ordinaria media, verbi nimirum & Sacramentorum ministerium à Christo institutum. Math. 28. 19. 20. Marc. 16. 15. 16.

IV.

Sicut enim per Verbi prædicationem, auscultationem, lectionem & meditationem Sp. Sanctus fidem in nobis accensit: ita eandem per usum Sacramentorum alit, fovet, obsignat & confirmat. V.

Inde Euangeliū ministerium Spiritus 2. Cor. 3. 3. potestiaq. Dei ad salutem cui vis credenti, Rom. 1. 16. & fides ex auditu esse dicitur, Rom. 10. 17. & Sacra menta sigilla justitiae fidei appellantur. Rom. 4. 11.

VI.

Utrisq. εξωθεν utimur, dum auditu Verbum Dei percipimus, Sacra menta vero aliis externis sensibus reverenter trasdamus & usurpamus.

VII



VII.

At Sp. Sanctus est, qui ex oboe Verbum Dei nobis sugg^{er}it, Ioh. 15. 26. & nos unctione sua deo didantes efficit Esa. 54. 13. Ioh. 6. 45. & I. Ioh. 2. 27. quiq^z virtute sua nos re= generat, & spirituali alimonia vivificat. Ioh. 3. 5. & 6. 61.

VIII.

Neg^z enim externa verbi prædicatio & Sacramento= rum tractatio ad fidem excitandam & obsignandam suffice= rent, nisi Sp. Sanctus his suæ gratiæ instrumentis ad intimas usq^z mentis partes penetraret Heb. 4. 12. hoc est, nisi per ser= monem Dei vivi nos regigneret I. Pet. 1. 23. cor aperiret Act. 16. 14. & mentis nostræ oculos ad cognoscendum my= sterium salutis in Christo dirigeret Ephe. 1. 18. 19. nostramq^z cum ipso communionem in cordibus nostris obsignaret arg. Rom. 4. 11.

IX.

Ut recte D. Lutherus scriptum reliquerit: Exter= num verbum sine interna operatione Sp. S. nullius esse efficac= iæ: aquam & verbum absq^z Sp. Sancto nihil operari: sed esse externa media & instrumēta per quæ Deus in nobis operatur.

X.

Non igitur efficacia Sp. Sancti in instrumenta illa trans= funditur, ita ut vis salvifica in ipsis vocibus ac externis ele= mentis resideat: sed omnis virtus & efficacia ab uno Dei spi= ritu promanat, I. Cor. 2. 11. I. Thess. 1. 5. qui dat, ut intelliga= mus quod sensus carnis pro stultitia habet I. Cor. 2. 11. 12. 14. qui de adoptione & filiatione nostra animos nostros certos red= dit, Rom. 8. 15. 16. qui deniq^z vitam in nobis operatur Ro. 8. 11.

XI.

Quo sensu nec ulla efficacia ministris verbi, sed soli
Deo tribuenda est, Marci 1.8. 1. Cor. 3.6.7. qui efficit in
nobis, & ut velimus, & ut efficiamus, pro gratuita sua bea
nevolentia Philip. 2.13.

XII.

Imo neg ad media ipsa, neg ad momentum temporis, quo
verbum prædicatur & sacramenta administrantur, Sp. Sancti
efficacia alligata est; sed utitur illis liberrimè, & sine omni
Stoica necessitate, fidemque efficit ubi & quando vult. Ioh. 3.8.

XIII.

Ideo non omnes illuminantur & credunt, quotquot Eu
angelium audiunt, & Sacramentis utuntur; sed ii tantum, qui
bus datum est nosse mysteria Dei Luc. 8.10, & qui ad vitam
æternam ordinati sunt. Act. 13.48.

XIV.

Iis vero, qui pereunt, obiectum est Euangelium, ut
quorum mentes Deus hujus seculi excæcavit, ne irradiet eos
lumen Euangelii 2. Cor. 4.3.4.

XV.

His igitur bona fragrantia Christi est odor mortis ad
mortem: illis vero odor vitae ad vitam 2. Cor. 2.15.16.

XVI.

Nihil ergo salutare, externum ministerium efficit sine
interna Sp. Sancti operatione. 1. Cor. 3.5.6.7.

XVII.

Et tamen ita necessarium est, ut propter ordinationem Dei,
sine eo Sp. Sanctus ordinaria via in adultis efficax esse nolit.

XVIII

XVIII.

In his enim per media illa, mentem, voluntatem & cor
præparat, eos q̄ ad Iesum Christum per fidem recipiendum aptos
& idoneos reddit. Ioh. 1. 12. Gal. 3. 27. ut per ipsum sub Christo
capite in unum corpus coagmententur. Eph. 1. 22. 23. &
4. 4. Col. 2. 19. 1. Cor. 12. 12. 13. Rom. 12. 5.

XIX.

Atq; ita suas sibi partes Sp. Sanctus retinet, id intus præstan-
do, quod foris per ministeriū externū denunciatur & ob-signatur.

XX.

Nonnunquam tamen sine mediorum istorum præsente
usu (exerendo nimirum efficaciam suam per ea ipsa, quæ an-
tea à nobis audita & usurpata sunt) fidem excitat Act. 8. 30.
31. 36. 37: illud q̄ re ipsa præstat, quod ordinariè, quando vult,
cum illis & per illa solet, ut sæpe numero experientia docet.

XXI.

In infantibus etiam non semper & perpetuò media or-
dinaria Sp. Sanctus adhibet, Luc. 1. 15. sed etiam sine illis in-
clinationes & motus ad vitam æternam sufficietes, ratione
abdita & ineffabili, operatur, Ioh. 3. 8. Christo q̄ eos inserit 1.
Cor. 12. 13.

XXII.

Quamvis autem per utrumq; medium Sp. Sanctus or-
dinariè operatur, ut dictum est: unum tamen altero magis ne-
cessarium est arg. Rom. 1. 16. & 10. 17. Marc. 16. 16.

XXIII.

Potest. n. Verbum esse absq; Sacramentis arg. Ro. 4. 10. Act.
10. 44. 48. Sacra menta vero absq; verbo non item. Mar. 16.
15. 16.

XXIV.

*Verbi absq; sigillo etiam usus esse potest: sigilli vero sine
verbo usus est nullus.*

XXV.

Unde etiam fideles nullo unquam tempore Dei verbo carere potuerunt Esa. 59. 21. Sacramentis autem vel nondum institutis Gen. 17. vel ad tempus intermissis, Ios. 5. 5. 6. sine dispensio salutis caruerunt.

XXVI.

*Nihilominus tamen Verbi divini auscultatio, lectio &
meditatio, & usus Sacramentorum, modo simul haberi possint,
semper conjungi debent Marc. 16. 15. 16. 1. Cor. 11. 26.*

XXVII.

Sin jungi nequeant, sufficit verbum absq; Sacramentis.

XXVIII.

*Non enim privatio Sacramenti, sed contemptus das-
mat, ut Bernhardus ad Hugonem scripsit.*

XXIX.

*Hæc autem Sp. Sancti per ministerium Verbi & Sas-
cramentorum efficacia, non tantum in novo, sed etiam in ve-
teri Testamento se exeruit, Act. 15. 11. Heb. 11. 2. Rom.
4. 11.*

XXX.

*Una enim fuit salutis doctrina à principio; sed modus
dispensationis fuit diuersus: quia πλημερῶς ē πλυνθόπως pas-
tefacta est Heb. 1. 1.*

XXXI.

*Enīs etiam idem fuit, bonitatis scilicet Dei in sal-
vandis*

vandis, & justitiae eius in damnandis illustratio Rom. 9. 22.
23. Ut hi inexcusabiles reddantur Rom. 1. 20. illi vero ani-
marum suarum salutem seu vitam aeternam consequantur 1.
Pet. 1. 9. Ioh. 3. 36.

IV

XXXII.

Sacramentorum quoq; veteris ac novi Testamenti una ac
eadem res est, nempe Christus 1. Cor. 10. 4.

XXXIII.

Is enim ante legem promissus Gen. 3. 15. & 22. 18.
sub lege adumbratus, Heb. 9 & 10. in plenitudine temporis
exhibitus est Gal. 4. 4.

XXXIV.

At in signis externis differentia est, ut suo loco & tem-
pore (quemadmodum etiam de modo & ordine quo fit
conversio per Spiritum Sanctum) Domino volente, fusi
explicabitur.

XXXV.

Reiicimus ergo omnium illorum errores, qui cum hac
doctrina pugnant, quales sunt :

- I. Enthusiarum & Schuuenckfeldianorum, qui spreto mini-
sterio raptus & afflatus singulares exspectant.
- II. Pelagianorum, qui hominis arbitrio libertatem absentiendi
& applicandi se ad gratiam sine Sp. Sancti motu tribuunt.
- III. Pontificiorum, qui in fidei consideratione nudum ac simpli-
cem assensum ex noticia ortum querunt, praterita animi securi-
tate & fiducia.
- IV. Libertinorum & Anabaptistarum nonnullorum, qui rege-
neratos dicunt non oportere sollicitos esse de libidine carnis refræ-
nanda, sed spiritum ducem sequendum esse, sub cuius actione
nunquam aberretur.

V.

V. Eorum deniq^s, qui vel mediis à D E O ordinatis magicam
vim adscribunt, & per sonum prolati Verbi substantias & vires
insitas in novas & spirituales mutari dicunt, actumq^s regeneran-
di aquæ Baptismi tribuunt, & suis Verbis Diabolum adiurare &
expellere conantur, sicuti faciunt nostri Exorcistæ: Vel absolutam
Sacramentorum necessitatem ad salutem faciunt: Vel aliam salu-
tis doctrinam in novo Testamento querunt, quam erat in veteri:
Vel patribus veteris Testamenti nucleus ministerii surripiunt:
Vel rem Sacramenti, aliam in veteris Testamenti Sacramentis fu-
isse dictitant, quam est in nostris.

F I N I S.

Umg. VI 45

ULB Halle
002 379 767



3

s. b.

WNA



16.3 | *of all things, yes*

卷之三

Die Jagd nach dem

卷之三

A close-up photograph of a dark, textured surface, likely a book cover or endpaper, featuring gold-tooled lettering. The visible text includes "The Man from the South" at the top, followed by "by George R. Stewart" and "Farrar & Rinehart" in the middle, and "Copyright 1949" and "First Edition" near the bottom.

73. Sint-Jozefstraat
75. Sint-Jozefstraat
31. Sint-Jozefstraat

תְּמִימָנָה וְלִבְנָה! כַּי
תְּמִימָנָה וְלִבְנָה!
תְּמִימָנָה וְלִבְנָה!
תְּמִימָנָה וְלִבְנָה!

卷之三

Farbkarte #13

B.I.G.



**DOCTRINÆ
DE MINISTERIO**

VERBI ET SACRAMEN-
TORVM ANACEPHALAE OSIS:

DE QVA IN CHEBERRIMA ACADEMIA

VVitebergensi VIII. Octobr. 1576
instituetur:

Præside

VRBANO PIERIO D.

Et respondente

BERNHARDO FVLLENIO
VVestphalo.



VVITEBERGAE,
EX OFFICINA CRATONIANA
ANNO M. D. XCI.

